

# P E T R U S P O L A N U<sup>73</sup> S

## D U X    X X X V I .

*Creatus Anno 1130. Obiit Anno 1148.*

### V E T V S E L O G I V M .

*Fanum sub me tributarium efficitur: Monasteria Sanctorum Clementis,  
& Iacobi de Palude construantur.*



**R**ecedit per Michaelem insulam ejus gener subrogatur  
Petrus Polanus: cuius tempore Fanum-Fortunæ, proprio Numine desertum à proximis Pisauri, & Senogalliae populis, crebris oppugnationibus infestatum, hosti manus dabat, ni ad Venetæ virtutis fortunam  
confugisset. Hac unà favente servatum; nam immissa clausæ, cæso  
hoste, urbs libertate redempta ad memoriam beneficii, stato pro  
viribus tributo, Veneti Imperii facta est vectigalis. In Patavinos  
etiam, qui aggeres Meduaci fluminis subvertebant, ut aquæ sterili-  
bus paludibus urbem Venetam obsepirent, ad Tumbam pugna-  
tum strenuè, & quantum aquæ Patavini infuderant; tantum san-  
guinis profuderunt, captis eorum tercentis quinquaginta nobili-  
bus.